




Cum privilegio

CUR, ó ALEXANDER, tibi DVX PARMENSIS, at huius
 Orbis alterius dignior imperio?
 HERCVLIS armatur nodosa dextera CLAVA?
 HERCVLEAS humerus sustinet EXVVIAS?
 HERCVLEO nisu nos tri quia temporis, armis,
 Intrepidique animi robore, monstra domo.
 Cur PARMAM tibi laeva tenet? (non quamlibet; at quae
 Saxifica anguicomae Phorcidós ora gerit.)
 SERPENTINA regens ANIMI PRVDENTIA ROBVR,
 Quae sine nil ANIMI ROBVR, et ARMA valent,

INVIDIAMque, HOSTESq, meam ad lapidescere PARMAM,
 Exsortes animi, consilijque facit.
 Quae tibi DVX INDEX, SVSTENTATRIXq, cohaeret
 Scandenti acclivem Nympha animosa viam?
 RELIGIO humana est sine qua PRVDENTIA inanis,
 Quae sine nil ANIMI ROBVR, et ARMA valent.
 I bone VIRTVTIS tibi, post VIRTVTIS, HONORIS,
 Porta quibus geminis unica, TEMPLA patent.
 PARMÁ dabit PALMAM, poterunt quam s ternere nullo
 INVIDIA, IMPIETAS, VIS INIMICA dic.

Otho Venius fingebat & ping. Gisbertus fr' sculp.



168 97. 5758 a

